Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tuus sum ego da mihi intellectum
ut sciam testimonia tua Tempus
faciendi domine dissipauerunt legem
tuam. Ideo dilexi mandata tua
super aurum et topazion Propter
ea ad omnia mandata tua dirige
bar omnem viam iniquitatis odio
habui
Mirabilia testimonia tua domine ideo
scrutata est ea anima mea
Declaratio sermonum tuorum il
luminat et intellectum dat paruulis
Os meum aperui et attraxi spiritum
quia mandata tua desiderabam
Aspice in me et miserere mei secundum
iudicium diligentium nomen tuum
Gressus meos dirige eloquium
tuum et non dominetur mei omnis
iniustitia Redime me a calum
nias hominum ut custodiam man
data tua Faciem tuam illumina
super seruum tuum et doce me iusti
ficationes tuas Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei quia non cus
todierunt legem tuam.
Iustus es domine et rectum iudicium
tuum Mandasti iustitiam tua
testimonia tua et ueritatem tuam
nimis Tabescere me fecit zelus
meus quia obliti sunt uerba tua
inimici mei Ignitum eloquium
tuum uehementer et seruus tuus
dilexit illud Adolescentulus
sum ego et contemptus iustifica
tiones tuas non sum oblitus Iu
stitia tua iustitia in eternum et lex
tua ueritas Tribulatio et angus
tia inuenerunt me mandata
tua meditatio mea est Aequitas
testimonia tua in eternum intellectum
da mihi et uiuam.
Clamauit in toto corde meo
exaudi me domine iusti
ficationes tuas requiram.
Clamauit ad te saluum me fac
ut custodiam mandata tua Pre
uenit in maturitate et clamauit et
in uerbum tuum sperauit Preue
nerunt oculi mei ad te diluculo ut
meditarer eloquia tua Vocem
meam audi secundum misericordiam tuam do
mine secundum iudicium tuum viui
fica me Appropinquauerunt per
sequentes me iniquitati a lege autem
tua longe facti sunt Prope es
domine et omnes uie tue ueritas.
Initio cognoui de testimoniis
tuis quia in eternum fundasti eam.
Uide humilitatem
meam et eripe me quia
legem tuam non sum
oblitus Iudica iudicium meum
et redime me propter eloquium tuum
viuifica me Longe a peccato
ribus salus quia iustificationes
tuas non exquisierunt Miseri
cordie tue multe domine secundum iu
dicium tuum viuifica me Multi
qui persecuti sunt me et tribulant me
a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes et tabescebam
quia eloquia tua non custodierunt
Uide quoniam mandata tua
dilexi domine in misericordia tua viuifi
ca me Principium uerborum
tuorum ueritas in eternum omnia